

/ Ill/me et Rev/me Dñe S.

2370

Quas Ill.D.V. ad ultimas meas dedit, accepi. Praesentibus meis ex solita confidentia adjungo copiam earum, quas simul mitto gratulatorias ad Summum Pontificem, ut cum Ill.D.V. legat, et si judicet in 5 Domino illas esse reddendas, reddat; sin minus, intermittat, meque ac domum nostram totam illi humillime commendet. Vale 6 Martii 1621.

Ill.D.V.

Addictissima

Maria Christierna.

=====

10 (Minute de réponse de Bellarmin)

Legi exemplar literarum, quas celsitudo vestra scribit ad nostrum Summum Pontificem, et mihi valde placuerunt, sed quia decumbo in lecto, misi literas ipsas ad magistrum Camerae Summi Pontificis, ad quem mittuntur litterae clausae et obsignatae. Ipse eas nomine meo 15 reddet Sanctitati suae, et si mihi mittetur responsio, eam cum fide mittam ad celsitudinem vestram.

---

Mss. Cervini 54 fol.211. copies sur même page